

tionem dicte rei obligate nisi ei primitus satisfaciatur. si igitur in contrarium sententia lata esset sine dubio esset iniusta qua si est probatum de pignore priori et potentiori. Super eo autem quod queritur an lata sententia sit nulla quia lata fuit hereditate iacente cuius nullus est curator aut procurator sine dubio nulla est quia tunc nulla consistit persona cum qua possit consistere iudicium quod ad sui essentiam trium personarum ueram requirit presentiam. scilicet actoris iudicis et rei hic autem nullus reus est cum iacet hereditas contra quam agitur sed nullus curator existit sed si hereditas iacet et ei dem curator existit aut procurator eiusdem est cum quo consistere potest iudicium ut est in casu proposito quia non exspirauit mandatum hereditate iacente. Sed tunc demum cuius constituit rogerium suum heredem fuisse. tunc iudicium non est nullum ex hoc quia iacet hereditas quoniam habebat procuratorem qui legitimus defensor eiusdem hereditatis esse poterat ut patet in l. i. ff. de cura. bo. dan. bene tamen potest esse processus inutilis et sententia ex alio capite quam ex capite hereditatis iacentis ut quia citationes non artassent procuratorem et sic sententia lata esset in absentem non citatum legitime et per consequens esset nulla. l. i. §. cum ex edicto que sen. sine ap. rescin. C. quod et qñ. in l. ea que et l. si preles. Et ita dico et consulto ego ang. et c. cccxxv.

**Statuto** Communis bononie cauetur sic inter alia uide licet. Preterea ordinamus quod intelligatur ipso iure omnia bona mulieris immobilia in dote data nisi appareant et sint confecta in instrumenta dotalia et tunc illa intelligantur et sit dos de quo appareat dotalia instrumentum et quod contenta a. §. et quod pierunqz infra habeant locum in matrimonijs presentibus et futuris contingit quod constante matrimonio ex successione uxoris domum quesiuit quam insolidum continuo tenuit per inquilinum suum et nomine suo proprio pensiones ab eodem exegit et demum eidem inquilino domum predictam vendidit iure proprio et nomine suo queritur an emptor sit securus non obstante dicto statuto.

**Corbitat** Braniter dicti statuti censura a tramite iuris dum bona mulieris immobilia omnia in dote data statuit ipso iure si aliter de dote constituta per publicum instrumentum non doceret quoniam iure communi statuitur oppositum ut nulla bona ex hoc solo quod matrimonium est contractum nullis alijs concurrentibus coniecturis in dote aut datam statuat aut datam presumat imo viro alleganti dationem seu promissionem dotis onus probandi incumbit. C. de rei uen. l. do. re ubi est casus expressus potissime autem eo casu quo mulier nobilis virum ignobilem accepisset qui fuisset et suo proprio dotare contentus ut illa posset sibi in matrimonio copulare. ff. de uer. obli. l. si et stipulatus. §. si nupsero in glo. et de do. promiss. l. si de uoluntate in glo. uel nisi ex alia causa vir non esset tanta dote dignus. C. de iure do. l. nulla. ff. de iure do. l. mulier bona et ibi dicit hoc non cauere lege licet in topicis ar. hoc reperiat scriptum. C. si aduersus do. l. i. Nec ob. notata per bar. in sua disputatione que incipit mulier amplam possidens patrimonium quia loquitur eo casu quo multe coniecture dotis date apparebant potissime quod vir bonis mulieris usus erat uelut dotalibus unde sufficit talis usus muliere sciente factus cum nudo consensu constituat dos ut. l. ad exactionem. C. de iure do. qui quidem consensus nudis uerbis probat et factis de le. iij. l. nutu de reg. iur. l. ubi non uoce. l. labeo. §. idem tubero de sup. le. qui. ex cau. in pos. ea. l. fulcinus. §. quid sit latitare de pac. l. ite labeo de do. excep. l. apud cellum in principio si cer. pe. l. certum cum similibus. Confirmare igitur debemus dictum statutum quantum possumus. ut non contradicat iuri communi uel saltem minus quam potest ut sic minor aut nulla resultat absurditas. C. de nox. l. si serui uestri et ff. de bonis li. l. nam absurdum. ff. ad munic. l. constitutionibus. Nec autem conformitas satis sumit cum ipe matrimonij mulier bona sua stabilia habet ut sic illa uir se credat possessurum pro dote aliter matrimonium nullatenus contracturus fuisset ad hoc enim naturalis stimulus noster inclinatur tam ratione cupidinis quam ut sustineri possint onera matrimonij. C. de iure dotium. l. pro oneribus pro quibus supra portandis multum lex uiris occurrit ne uxorem indotatam cogatur habere. ff. de condi. ob. cau. l. si donatur. §. i. que plurim

ptio dotis habenda cessat in themate ex quo mulier nulla mobilia possidebat nec possidere sperabat aliqua iusta ratione ad bona igitur post dictum matrimonium acquisita ad que nullus fuit habitus effectus consortii nec haberi potuit non extendatur dictum statutum iuri communi contrarium quod considerare debuit uerisimiliter effectus commune utriusque consortii tempore matrimonij uel bona illa dote essent que tunc mulier habebat uel habere sperabat aliqua iusta causa subsistente quoniam aliter spes non esset salvo nisi bonis post matrimonium acquisitis uir usus fuisset ut dominus muliere sciente et paciente nam et tunc et illa in dote data presumam ut superius dictum est. Considerauit igitur statutum prescriptum utriusque consortii propositum uel dote aliter non constituta illud dote non esset aut propter uel contra commune ipsorum propositum est uerisimile statuetes aliquid uoluisse ut patet ex eius scire dum disponit quod cesset illius statuti dispositio dote apparente per instrumenta publica constituta et hec est interpretatio declarativa que omnia statuta recipiunt etiam interpretari prohibita ut non per doc. in l. omnes populi et l. cunctos populi. Concludo igitur dictum emptorem hoc casu fore securum et maxime quod patet ex hijs que proponunt quod dicte domus possessiones nunquam uir habuit imo uxor et causa fuit ut domina et oia pro domina egit. tam percipiendo pensiones ex ea et forsitan uiro sciente quam etiam uendendo ut proprium et nomine suo proprio per que declaratur animus et intentio mulieris quod illam domum uoluit dote esse sed suam propriam et quod illa domus nunquam exiit de suo dominio. unde et si in dote data ipso iure dicatur ex dispositione statuti in quantum ipsum ad hunc casum trabemus non propterea absque traditione dominium acquisitum uiro dici potest quoniam non super acquisitione dominij sed solum super dote datione ac concessione presumpta statutum disponit et circa idem debemus duplicis fictionis euitare concursum. C. de do. promiss. l. i. esset autem una ut ita dixeris super datione alia super traditione. Exponatur ergo uerbum data quod est in statuto. i. concessa ut sic fingat uel saltem presumat contractus dotis ubi non est aut ibi non apparet aut interuenerit nec ne non autem fingat translationem dominij absque aliqua traditione. et ideo cum dicta mulier ante traditionem continuo domina fuerit potuit dominium in emptorem transferre et eius causa tunc est potentior quam uiri prioris qui nunquam habuit possessionem. ut. ff. de publi. l. si ante. §. si duobus pro hoc quod non plus operatur ficta dotis concessio quam uera. Sed cum bona omnia dantur in dote non transferuntur sine traditione dominium. ff. pro dote. l. i. §. si uniuerse ubi casus coniuncta glo. Hinc autem decisionem repugnare uidetur quod hoc dominium est dationis a. l. unde sine traditione uidetur transferri. ff. de publi. l. commissa per Ly. in l. i. ab hostibus. C. ex qui. cau. ma. et in l. si. C. de here. uel actio. ven. Sed illud preedit in datione que fit a. l. di. recto disponendo et dominium concedendo secus non dat nec concedit sed datum fingit ab alio ut est in casu proposito. nam tunc non potest plus operari quam datio uera ut sic non operetur plus fictio quam ueritas. Ego Angelus et c. cccxxvi.

**Eius** Sententiam condenatoriam passus a iudice ueneto ab eadem sententia appellauit sub hac forma appello ad consilium uenorum si uideatur sufficere et si non sufficit appello ad illustre dominum. d. ducem uenorum et sic successiue si mihi non sufficit appello ad ipsius consilium deinde appellans fuit per securus illam coram consilio. consilium autem pronunciauit se iudicem incompetentem nunc uult appellare ipsam appellationem prosequi coram iudice qui indubitanter est iudex competens. queritur an possit cum uideatur per electos iudicis incompetentem sibi competentis additum preclusisse.

**Sta** Questio habet duo dubia. Primum est an teneat appellatio interposita modo predicto. Secundum an prosecutio appellationis facta coram dicto iudice incompetenti precludat viam appellandi ut exercere non possit coram alio dicto iudice coram quo non est facta prosecutio. Super primo uidentur fuisse opi. quoniam obtentum fuit in curia romana quod appellatio tenet et solum superior de ea cognoscet non autem inferior ex quo ad ipsam superiorem omnibus omittis me